



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis  
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris  
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius  
Marius Victor, Claudius**

**Lvgdvni, 1536**

Capvt XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12149**

Testibus hijs mulier depræsa sub arbore peccas.  
 At dum responsis variant discordibus ambo:  
 Coniunctum facinus disiuncta voce fatentur.  
 Tunc omnes pariter timor accipit. vndicę clamor  
 Surgit, & auctores sceleris plebs obruit omnis:  
 Inq̄ Dei varias iuncto modulamine laudes  
 Fertur, & accito Susanna erepta marito  
 Redditur. hic omnes cōmuni voce parentes  
 Collaudare Deum dignisq̄ extollere psalmis  
 Qui dare suppetias (modo ne fiducia desit)  
 Nouerit, auxiliumq̄ suis in tempore seruis.

## C A P V T      XXIII.

**E**Rgo si nubens terrena lege puella  
 Est etiam curæ domino; connubia si quæ  
 Integra seruauit, seruari illæsa meretur:  
 Coniice virgineis quantum disponitur illic  
 Quò Xps vocat hinc meritis; & quāta futura est  
 Illius à prima quæ mox ætate pudica est  
 Gloria: quum cuncti iudex atq̄ arbiter orbis  
 Lasciuos castis hoedos secernet ab agnisi,  
 Et sua pro merito dabit vnicuiq̄ labore  
 Præmia, demeritis tormenta æterna reseruans:  
 Quū vel in extremis quid quisq̄ cubilibus olim  
 Egerit,

Egerit, id nulla demum cælabitur arte.  
 Et vero hoc etiam memorí tibi mente tenendum  
 Chara foror, quod iam potiori in parte locata es  
 Quā(mō)tu vigiles)vnquā nemo auferet abs te.  
 Olím id dū Mariā aduersus pia murmura fundit  
 Martha foror Christo dīdīcīt correpta magistro  
 Optimum enim maria elegit nec segniter, inquit,  
 Illa vacat, verbo curis attenta neglectis.

## C A P V T      XXIIII.

**E**Rgo age iam germana suis dum secula curis  
 Flagrāt, inc̄ suos mundus cōuoluitur æstu.  
 Electam seruare tibi non desine partem:  
 Te primam meruit cognatio tota patronam:  
 Iam te signiferam sequimur, vexillac̄ Christi  
 Te præeunte libens sectatur stemma parentum:  
 Quos licet antiquo mundus donarit honore,  
 Et titulis à primæuo insigniuerit ortu,  
 Plus tamen ornantur sacrī insignibus illi,  
 Quod sāctas studio & meritis rexere cathedras.  
 Nec iā atauos foror alma tibi proauosc̄ retexā,  
 Vita sacerdotum quos reddidit inclyta claros:  
 Pontificem sacrī ad sumptum respice patrem,  
 Qūumq̄ tibi genitorvel auūculus vndic̄ magni ter Auiti.  
 Quuinc̄

*Ifychnis pa-*